

Lachnum piscinarum sp. n. (*L. carneolum* Vel. pag. 257, vix Sacc. Mich. 253, non Rehm l. c. 881). Ap. 0.5—2 mm, semper dense conferto-gregaria, tota alba, sed vulnerata cito rubescentia, dein (etiam sicca) ferruginea, rigide carnosae, patellariae, macroscopice minute, dense puberulae, stipite brevissimo vel fere diam. hymen. aequanti. Pili 50—60×6—8, recti, septati, apice obtuse incrassati, asperulogranulosi. As. 50—60×6, par. subaequilatae, sensim acutatae, ascos superantes, granulis saepe impletas. Sp. 6—12×1, tenuiter acicularae, rectae, eguttulatae.

Ad culmos et folia Phragmitis, Phalaridis in piscinis totius territorii et certe etiam in tota Europa ubique vulgatissima species! Nunquam extra aquam in pratis vel collibus! — Ego hanc speciem cum *L. carneolo* Sacc. conjungere volui, sed nunc video, Saccardo (Hyalopez.) quodquam *Lachnum minutum* (0.15—0.5) habuisse. Itidem Rehm diversam formam describit. Sed mirandum est, cur Rehm hanc ita late obviam speciem ignoraverit. Hoc mihi explico, cum maxima ex parte solum Pezizas montanas legisset, species e regione inferiori tantum paucas ab amicis accepisset. Saccardo suam speciem e Molinia in Italia hor. citat.